

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum inprimis malas, concernit

Fecht, Johann

Durlaci, 1680

CLI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122744)

An appetant beatitudinem? An divitias? An gloriam? An voluptatem? An cibum potumque desiderent? An ratiocinentur, unumque ex altero colligant?

CL. De actionibus transeuntibus, nec pauciora, nec quæ minorem habent difficultatem, quæri possunt? An generent damnati? An seipfos lædant aut lædere possint? An contumeliis, an verberibus semetinvicem proscindant? An videant, fumo & sulphure oculos eorum perpetuò erodente? An lacrymentur, ubi ex æstu humor nullus est, qui in fletus possit resolvi? An aërem trahant & respirent, cum in flammante igne neque aër durare, neque halitus trahi queat? An vivant, si non respirent? An loquantur, qui in intensissimo igne, deficiente aëre, sonum formare non possunt? Quomodo movere linguam possint, quorum ora & palatus ex ignis vehementiâ ita quotidie exsiccantur, ut nec guttula superfit necessarii ad motum humoris? An audiant? An sentiant, quorum membra continuis cruciatibus callum quendam obdlexerunt & *invenit non laes*? An movere manus, præ exquisitissimo dolorum sensu, an vulnerare invicem & sanguinem elicere possint? An de loco in locum ambulare? Quod non edant, bibantque, dubio carere videtur. Utrum federe aliquando & stare & jacere supini, utrum moveri possint & quiescere? An perpetuo vigilent, nunquam somnum capiant? Et si quæ sunt aliæ, quæ sive è tractatione locorum scripturæ, sive è consideratione argumentorum, pro alterutrâ opinionis parte adducendorum, ultrò enascentur.

CLI. Præterea, utrum moraliter agant damnati? cum vel legem habere non videantur, vel si habeant, vi quapiam necessitante ferantur ad agendum? Utrum in societate infernali ratio quoque imperandi & parendi locum habeat? An etiam boni quidpiam agant damnati, an verò ad malum sint profus determinati? An vires habeant liberè quidpiam agendi? An, quicquid agunt, sponte agant, an invitè, deliberato consilio, an casu & impetu animi? An actiones damnatorum, à regulâ legis Divinæ recedentes, graviora sint peccata quam hominum, præsentis seculo viventium? cum sensu atrocissimarum pœnarum iis extorqueantur, a deoque minorem, quam hæc habeant libertatem?

CLII.

CLII. Q
vel inutiles
castigari m
suo tamen
deus ostendit
inutile dicitur
vel confirmat
esse ostendit
nus miscet
sumoni locu
& opponit;
Si fratrum su
utrum dilig
trum agnos
petit; utru
spicit; utru
mo obstru
le regnum
ceteris faci
cipiis de sin
terum, qui
bet, unde
cognosci ut
laret, inde
quam inext
rari potest
sunt, quæ
ptores & E
ter atque c
tis celestis
puerilibus
re in perpe
tem & pil
oculos, o
ratiocinar